

non obstante sui monasterij contradic-
 one, ac posse condonata adulterij iniuria v-
 xorem sibi reconciliare: nisi (vt bene aiunt
 glossa. A. tenis, Ioannes de Triburgo, nu-
 precedenti, ad finem allegari) ante profes-
 sionem fuisset vxor fornicata: eum enim va-
 luit professio, tanquam in nullius præiudi-
 cium facta: intelligi eum A. tenis. q. 6. & Io-
 ne de Triburgo, si ipse vixit caste ante legi-
 timam professionem: aliàs compensaren-
 tur delicta. Ratio huius sententiæ est, quod
 professio illa absq; vxoris licentiã facta, aut
 cum illa dolo, aut metu extorta, fuerit nul-
 la: nec vim aliquam obligandi quoad vorã
 religionis habuerit: vnde donec concurrerit
 requisitis, ea ratificetur, liber manet
 coniux à iugo religionis, vt possit liberè ex-
 ire, vt hæc lærè probauimus duplici dispu-
 tatione præcedenti. Idq; amplius probatur
 ex eo dem cap. veniens, vbi de viro cum li-
 centiã metu extorta professio, cuius vxor po-
 stea fornicata est, sic dicitur. *Madamus qua-
 rens si ita est, prædictum Laurentium in mona-
 sterio, quod intrauit, perseuerare liberè permi-
 tatis. Vbi pondero dici, permissatis, & li-
 berè: non ergo cogendus est permanere: &
 paulò in inferiùs habito sermone de coniuge
 manenti in seculo fornicante, solù denega-
 tur ipsi actio ad repetendum alterù: prop-
 ter fornicationem ab ipsa admittam. Id ta-*

tamen prioribus Authoribus, quos numer-
 præcedenti retuli, concedendum erit, nimi-
 rum, posse sententiã lara cogere hunc pro-
 fessum stare sua professione, in penam de-
 ceptionis, vt diximus disput. 34. num. 16. at
 ante sententiã non tenebitur ad eam per-
 nam.
 Si autem coniux innocens ad ordines fa-
 ctos absque vxoris licentiã promouetur,
 & post modum ipsa fornicetur, non est illi
 restituendus. Quia cum ius amiserit vxor
 ob adulterium, non est illi viro conceden-
 dum recursus ad vxorem: eò quod ordo va-
 luerit. Sic Archid. c. si cuius. 34. d. nu. vni-
 co, vers. in ea glossa, ibi, iniuriam faciat. Do-
 minicus ibi, fin. Gregor. Lopez. l. 8. verb.
 Esse misimo, tit. 2. p. 4. Hugo de Celfo in re-
 pertorio legum regni, verb. clericus. §. 10.
 Ad argumenta, num. 2. posposita con-
 stat ex dictis, num. 3. Cum enim professio
 non valuerit, nullù ius monachi illius trans-
 sinit in monasterium. Nec obstat confirmatio
 ibi adducta ex cap. claret. Quia ille textus
 ponderat votum castitatis valuisse, in
 quantum potuit coniugem alstringere: &
 quia soluto matrimonio cessat obligatio de
 bito reddendi: iam ex tunc incipit perfectè
 obligare. At votum religionis à principio
 fuit irritum, vt probauimus disput.
 34. num. 10.

DISPUTATIO TRIGESIMASEPTIMA.

Vtrum coniux absq; coniugis licentiã professus, ac eius mortis con-
 sciens persistens in professione, ignarus illius nullitatis, aut nolens ra-
 tificare: esto non verus professus sit, possit transactò quinquennium
 reclamare, aut occultè religionem deserere?

SVMMARIVM.

QVot conditiones petantur in Tridentino
 ses. 25. de regular. c. 19. vt liceat contra
 professionem tacitam, aut expressam recla-
 mare: nu. 1.
 A quo die numeretur quinquennium in profes-
 sione tacita, & expressa: & an dies illa ter-
 mini computetur in termino: & an Tridenti-
 num sustulerit professiones tacitas: nu. 2.
 An professio dimittenti habitum ex iusta causa,
 liceat intra quinquennium reclamare: n. 3.
 Quid, si iniuste dimisit: ac postmodum resump-
 sit: nu. 4.
 Quot quæstiones disputanda sint, nu. 5.

An Tridentinum. d. cap. 19. statuens quinquen-
 nium ad reclamandù, fundetur in presump-
 tione, nec in conscientia procedat: Proponun-
 tur suadentia procedere in foro conscientia,
 num. 6.
 Quotuplex sit presumptio, nu. 7.
 Quando dicatur iuris, & de iure: nu. 8.
 Decretum Tridentini fundatur in presump-
 tione ratificationis professionis, nec habet lo-
 cum in conscientia, vbi ratificata non est, nu-
 mer. 9.
 An ante quinquennium presumatur ratificatio
 professionis: & cur ex actum professorum
 exercitio, presumatur professio tacita, vbi

nulla

nulla expressa præcessit, secus hac preceden-
 te: nu. 10.
 An liceat hæc quocunq; tempore dum priorem
 professionem non ratam habuit, fugere? nu-
 mer. 11.
 An professus hic dubitans num intra quinquen-
 nium habuerit animum ratificandi, teneat-
 ur stare professione illa presumptra: nu. 12.
 An superior possit transactò quinquennio sciens
 hunc non ratificasse professionem, occultè il-
 lum dimittere? & an possit iudex occultè di-
 mittere quem innocentem noñit, probatum
 ream: nu. 13.
 An sit credendum in foro conscientia huic dic-
 ti si sit professio, aut eo quinquennio non
 ratificasse: nu. 14.
 An s' rem ex officio iudicis possit hic transactò
 eo quinquennio audiri in foro externo? nu-
 mer. 15.
 Hæc presumptio Tridentini est iuris, & de iure,
 num. 16.
 Soluuntur argumenta, num. 17. & ibi, an sala-
 riù triennio contra famulos prescriptù de-
 beat in conscientia?
 Post nu. 17. inuenies aliam sum maria.

Disputatio hæc petit intelligen-
 tiam decreti Tridentini sess. 25.
 de regular. c. 19. ibi. Quicunq; re-
 gularis præcedat se per vim, & me-
 tam ingressum religionem, aut etiam dicat an-
 te actum debitã professionem fuisse, aut quid si-
 mile: vel itq; habitum dimittere quacunq; de
 causa: aut etiam cum habitu discedere sine licen-
 tia superiorum, non audiatur, nisi intra quin-
 quennium tantùm à die professionis: & tunc,
 non aliter, nisi causas, quas prætulerit, dedu-
 xerit coram superiore suo, & ordinario. Quod
 si antea habitum spontè dimiserit, nullatenus
 ad allegandam quacunq; causam admittatur,
 sed ad monasterium redire cogatur, & tanquã
 apostata puniatur: interim verò nullo priuile-
 gio sua religionis inuenitur. Quod decretum
 vtilissimum est, & passim necessarium pro
 irritis professionibus: & ideò libet aliquã-
 tum circa illius intelligentiam immora-
 ri: & præmissis quibusdam certioribus cir-
 ca hoc decretum, aliquas quæstiones disci-
 pulari necessariò præmittendas ad deci-
 sionem præsentis disputationis, quæ vlti-
 mo loco agitabitur. Tres ergo cõditiones
 petuntur in eo decreto, vt monacho recla-
 mare contra professionem liceat. Prima, ne
 ante reclamationem habitum deponat. Sec-
 unda, vt causas, quas prætendit, coram su-
 periore, & ordinario deducat. Tertia, vt id

intra quinquennium à die professionis
 numerandùm. Et subiungitur in eo, dimit-
 tentem sponte habitum, nullatenus admitt-
 tendum esse ad quamcunq; causam allegan-
 dam: sed ad religionem redire cõpulum,
 apostate pœnis subijci. Et id decretù pro-
 cedit in professione quacunq; siue expres-
 sa, siue tacita. Quia Tridentinum in vniuer-
 sum de professione loquitur. Ita docent
 Nauar. commentario. 4. de regularibus, nu.
 75. Azor lib. 12. institutionù moralium, c.
 49. vlt.

Dies autem hæc à qua numerandùm est
 quinquennium, incipit in professione ex-
 pressa à die ipsa professionis, in tacita ve-
 rò, à die qua professio tacita inducitur ac-
 tento iure antiquo: nepe, à die, in qua mo-
 nachus est tacitè professus per annum de-
 lationem habitus nouitij, & professus com-
 munis, & solù occultè distincti iuxta clem-
 finalè, de regular. (Nec enim ea professio
 tacita est correctè per Tridentinum: testi-
 bus Nauarro lib. 3. consil. tit. de regular. in
 1. editione, consil. 15. nu. 5. in 2. verò, consil.
 28. n. 5. Azor lib. 12. institutionum moralium
 c. 4. q. 6. fine, & Manuel. 2. to. m. sum. 22.
 editione, c. 8. n. 1.) & ita incipere illam diè
 testantur Nauar. commentario. 4. de regula-
 ri. n. 76. Azor eodem. c. 4. q. 10. Et simili-
 ter à die, qua transactò nouitatus anno in-
 ducitur professio tacita per delationem ha-
 bitus professorum, & exercitium actum,
 qui ipsi proprij sunt: iuxta. e. v. d. u. a, de re-
 gular. Sic Nauar. d. c. o. m. m. t. 4. de regula-
 ribus. n. 76. Est enim generaliter verò pro-
 fessione tacitam non tolli per Tridenti-
 num, dum modo transactò nouitatus anno
 inducatur, vt bene docent Palacios. 4. dist.
 38. disp. 1. col. 32. vers. porro autem. Sorbus
 in compendio priuilegiorum mendicantiù
 verb. nouitij, post. 3. notabile. §. primò a-
 liquid oportet. An verò dies illa professio-
 nis computetur in termino quinquennij
 consultò omitto: quia vix in praxi accidit
 huius difficultatis necessitas. Quod rati-
 fimum sit eo temporis puncto quinquen-
 nium illud expleri, vt ex illa die, qua pro-
 fessio impletur, pendat an quinquennij
 exactè impletum sit, necne. Et ideò pro dif-
 ficultate illa enucleanda, ex qua decisio pe-
 det, nimirum, an dies termini computetur
 in termino, sunt consulendi, Tiraquel. de
 retractu lignagier. §. 1. glo. 1. in 2. nu. 16. &
 gl. 2. n. 19. Duënas regu. 196. & sequen. Ber-
 nard. Diaz regul. 190. Gracian regul. 133.
 Matien. lib. 3. recop. tit. 1. l. 7. glo. 6.

Qua-

3 Quatenus verò ait Tridentinum eo. cap. 19. dimittere habitum nullatenus etiam intra quinquentium audiendum esse, ad allegandas nullitatis professionis causas: limitandum est, nisi professus is iustam dimittendi habitus causam haberet. Vt si non posset obtinere licentiam eundi ad reclamandum, nec ire nisi habitu depositis: aut non permitteretur causas nullitatis proponere coram ordinario: & ob id habitu dimisso fugit, vt reclamet. Quippe Tridentinum temerariam habitus dimissionem punire intendit: at non temerè dimittit, qui vt allegando causas nullitatis sit, remedioque iure concesso vti possit, id efficit. Sic Nauar. commentario. 4. de regularibus, numer. vltimo. Azor lib. 12. institutionum moralium, cap. 4. quaest. vltima.

4 Secundò intelligitur ex bono & æquo, dum non refertur habitum. Quare illo resumptio audiri poterit. Videtur enim inhumanum denegare perpetuò audientiam habenti iustam reclamandi causam, eò quòd temerè habitum dimiserit. Præterea, quia mens Tridentini videtur esse, spolio religionis consulere: ob quod iura denegant prorsus audientiam spoliati, donec ad pristinam possessionem spoliatum restituitur, vt constat ex cap. 1. de restit. spoli. ibi. *Quamquam ante omnem contentionem possessio ei debeat violentè ablata restitui.* Et cap. 2. & multis alijs, eodem tit. Restituta ergo religione ad suam possessionem, per resumptionem habitus, ac reditum religiosi, concedenda erit audientia. Et ita sentit Nauar. commentario. 4. de regularibus, nu. vlt.

5 His premisis, in hac valde necessaria disputatione octo quaestiones agitandæ sunt. Prima, an hoc decretum fundetur in præsumptione, nec in foro conscientie locum habeat? Secunda, an procedat ad die professionis contra ignorantem? Tertia, an transacto quinquentio possit religiosus ille remedio restitutionis audiri? Quarta, an Tridentini decretum intelligatur de personis inhabilibus perpetuò, vel ad tempus, durate inhabilitate toto eo quinquentio? Quinta, an inuoludè professus teneatur transacto quinquentio ratificare professionem, quòd si nolit, possit suffragia ferre, alimenta capere, ad ordinem promoueri? Sexta an ad validam professionem ratificationem sit repetendus nouitatus? Septima, an desideretur noua religiosi ratificatio, nouaq; superioris

acceptatio, sciente vtroq; prioris professionis nullitatem: ac repetitis caerimonijs in professione solitis adhiberi? Vltima, quid dicendum sit de ratificatione professionis factæ à coniuge, abq; alterius licentia, & qualiter transactò quinquentio denegetur facultas reclamandi?

6 Quæstio prima. An decretum Tridentini sel. 25. de regular. c. 19. denegans audientiam professis, qui transactò quinquentio reclamare volunt, allegantes nullam fuisse professionem, fundetur in præsumptione ratificationis inducæ per illud quinquentium, prioris professionis irrita: an potius inducat veram in foro conscientie dispositionem: ita vt inuoludè professus, qui verè non ratificauit eo quinquentio professionem, non sit integrum eo transactò, in foro conscientie à professione resiliere? Et videtur inducæ vera dispositio pro vtroque foro. Quòd Tridentinum id quinquentium præfixerit, quo præscribitur ius à professione resiliendi. At præscriptio in vtroq; foro locum habet, & reddens possessorem tutum priuat eum, aduersus quem præscribitur, dominio illius rei, iureq; illam via cõpensationis vsurpandi: & hoc propter reipublicæ pacem, vt lites ex terminentur, & ne diu dominia sint in incerto, vt multis alijs citatis docent. Couar. regula possessor. 3. par. §. 2. nu. 3. Molina tomo. 2. de iustitia, tract. 2. disp. 61. Ergo eo transactò acquirat religio ius, & dominium in professum illum, ac proinde nequibit quasi se surripens effugere. Quòd si dicas diuersum esse in professione, quia rerum dominio potest lex bono communi consulens subditos orbare: at consensum ad valorem professionis requisitum supplere, nulli humanæ potestati subiacet, (vt diximus disp. 34. nu. 16.) Hoc non exhaurit difficultatem. Quamuis enim Tridentinum non potuerit efficere vt transactò quinquentio verus ille professus sit. absque sua voluntate ratificanti: at potest eum obligare vt perpetuò maneat in religione, animusque profitemdi habeat, propter commune religionis bonum. Sicut conitugem, ex cuius licentia alter professus est, cogit Ecclesia profiteri, quando in seculo nequit propter incontinentiam periculum commorari. Iuxta probabilem opinionem, quam retulimus disputat. 33. numer. 26. Et confirmatur, quia finis Tridentini fuit paci religionis prospicere, eamq; spectauit, ne religiosus status, quem

tranquillitas maxime fouet, pãssim religiosorum litibus detrimentum pateretur, ac religiosi ipsi futura exemptioni à professione fidentes, minùs religiosam non sine modica religionis iactura, ac aliorum scandalo vitam traducerent. Secundò, quia nec verbum est in eo decreto, quo præsumptio significetur. Cùm tamen moris sit vbi præsumptio inducitur, verbum eam denotans apponere, vt constat ex cap. is qui fidem, & cap. ad id, de sponsal. Et confirmatur, quia vterque textus quòd eam præsumptionem iuris, & de iure statuat, expressè decidit nullam probationem in contrarium admittendam. Cuius rei nulla sit mentio in prædicto Tridentini decreto. Quare qui hanc partè tueretur, nil absurdum diceret, aut probabilitate destitutum.

7 Ceterum quia quaestio hæc basis ac fundamentum est intelligentiæ decreti Tridentini, & ex eius decisione penderet serè omnium quaestio dissolutio, oportet supponere quotuplex sit præsumptio: & quando dicatur iuris, & de iure. Triplex est præsumptio, quædam hominis, quæ est coniectatio in animo iudicis, vel cuiuscũque hominis est varijs coniecturis concepta. Alia est iuris, quæ est probabilis coniectura ex certo signo proueniens iure præscripto, quæ contrariò non probato, pro veritate habetur, ac onus probandi in aduersarium transfert. Alia est iuris, & de iure, quam lex tanquam firmum ius inducit, ita vt aduersus illam nulla admittatur probatio, vt hæc constant ex Menochio de præsumpt. lib. 1. q. 3. à nu. 16. & q. 4. à num. 3. & q. 5. à nu. 15.

8 Secundò supponendum est, quando dicatur iuris & de iure præsumptio: ad id enim non desideratur iurè exprimi ne admittatur probatio in contrarium: sed satis est, vt sua præsumptio ita innitatur, vt ex eacertum quid statuat, vt apertè colligitur ex authent. sed iam necesse. C. de donat. ante nuptias, iuncta glossa authent. de æqualitate dotis, collat. 7. §. aliud quoq; verb. priuilegium, vnde authentica: Sed iam necesse, desumpta est, ibi enim definitur, viro grauato ere alieno augmentum dotis in rebus immobilibus, priuilegio dotis frui, secus in rebus mobilibus: & fundatur textus in præsumptione fraudis faciendæ, si in rebus mobilibus incrementum eò quoq; priuilegio gauderet. Quia augmentum in immobilibus constare potest, secus in mobilibus. Ecce qualiter textus nullam probatio-

nem in contrarium excludit, & fundatur in præsumptione fraudis, quæ fieri poterat: & tamen eò quòd super præsumptione aliquid certò faciendum statuat, nimirum, augmentum in rebus mobilibus dotis, eius priuilegio non gauderet: ait glossa eo. verb. priuilegium, non admitti probationem illius augmenti, sed esse præsumptionem iuris & de iure. Atq; ita hanc regulam tradit glossa c. fraternitatem, verb. dicitur, d. 54. vbi eũ textum decidentem quòdam seruos vendendos non esse, sed ad libertatem perduccendos, reddita ratione, his verbis, *Quia nõ ad vendendum, sed ad seruiendum sibi dicitur comparasse:* explicat, id est, præsumitur, & ait esse præsumptionem iuris, & de iure, cū non tantum textus præsumat, sed etiam statuat. Idem docent gloss. c. ferrum, d. 54. in fine, & l. siue possidetis, 16. verb. facti, ad finem, & ibi Bart. nu. 12. Salicetus, nu. 16. initio. C. de probationibus. Baldus. c. quoniã frequenter, in principio, nu. 7. vers. item vbi cunq;, vt lite non contest. Abbas. c. quantum nu. 2. de præsumpt. & ibi Felin. nu. 3. idè Bald. l. antiquæ. 23. nu. 4. C. ad senat. consult. Velleia. & ibi Salicet. n. 1. Socinus cum Angelo per ipsam allegatò, regula. 314. nu. 2. fin. Alciat. de præsumpt. in præludio. 2. p. nu. 3. Couar. 4. de decret. 1. p. c. 4. §. 1. nu. 2. Mascardus de probat. conclus. 12. 18. nu. 4. Menochius de præsumptio. lib. 1. q. 3. n. 22.

9 His premisis, prima cõclusio sit. Idè Tridentini decretum præsumptione ratificationis professionis factæ per illud quinquentium innitatur, ac proinde si inuoludè professus non ratificauit professionem, nunquã quocunq; tempore transactò est verus in foro conscientie religiosus, sed in solo foro externo præsumptus. Ducor, quòd in eò decreto nullum verbum inueniam forum conscientie respiciens, sed solum denegans audientiam in foro externo, vt constat ex illis verbis, *Non audiat nisi intra quinquentium:* & paulò inferius, *Nullatenus ad allegandum quancunq; causam admittatur.* Et confirmatur, quia. c. 2. de regular. decernitur puberem vi profitemem nõ posse post modum anno transactò resiliere, ibi, *in clericatu permaneat:* quod omnes scribentes ibi explicant, id est, in monachatu. Quæ verba lógè strictiora sunt, quàm Tridentini, apertè enim videtur inducere obligationem permanendi: at in Tridentino solum a cõmone denegatur sonant: & tamè eo. c. 2. solam inducitur præsumptio ratificationis ex mora annua, vt docent glossa final. ibi, Innocen.

ibi, in fine. Host. sine, Abbas in casu positione. Anton. n. 9. Cardin. q. 7. vers. oppo-
no ad hoc. Et confirmatur amplius, nam. c. vidua, de regular. de vidua nouitia se spon-
te a dibus professarum inferente, deciditur sic. *Velit, nolit, sanctimonia habitum vterius debet habere.* Et tamen nullus dubitat textu inniti presumptione animi tacite profiten-
di per illos actus. Ergo a fortiori id sentien-
dum est in hoc Tridentini decreto. Secun-
do, quia cum res durissima sit cogere liberum hominem, nec vere obligatum religio-
ni: & id quidem sepe absq; sua culpa: (cum textus loquatur de eo, qui per metum, aut ante iram legitimam professus est: & quibus per ignorantiam non reclamet: vt dicimus, nu. 19.) obligare (inquam) vt transacto quinquennio maneat perpetuo in religio-
ne, omni prorsus audientia, ac defensione denegata: contra leges vetantes perpetua liberi hominis obligationem ad manendum alicubi, vel ad subeundum onus nimis libertati aduersum: & contra rationem natura-
lem, cuius illae leges innuntur, l. Titio. §. Titio centum. ff. de condit. & demonstr. l. 1. §. quae oneranda, & l. 2. sine. ff. quaru rerum actio. & annotata per Bart. d. §. Titio centum: & obligare etiam ad perpetuam ca-
sitate illum, qui vere obligatus non erat, contra. c. integritas. 32. q. 1. id nulla alia ratione aequitati consonum esse posset: nisi eo quod Tridentinum ex illo silentio per quinquennium, ratificationem prioris profes-
sionis praesumat. Sicut. c. ad id, de sponsal. praesumitur ex diuina cohabitatione co-
iugum, purgatus metus, quo matrimoniu inualide initum erat: illudq; ratificatum, & c. is qui fidem, de sponsal. praesumebatur matrimonium ex copula habita post spon-
salia, nulla in contrarium probatione admis-
sa: & idem coniuges illi in vtroq; euentu co-
gebantur in foro externo stare matrimo-
nio. Quamobrem sicut illi textus presump-
tione innitentes non obligant in foro con-
scientiae, in quo sola veritas inspicitur, vbi
ea non fuit intentio sponte cohabitantis,
aut copulam post sponsalia habentis: ita
Tridentini decretum praesumptione pra-
dicta innoxium, minime obligabit in foro
conscientiae, quando mens professi non fuit
professionem ratificare, tacendo illo quin-
quennio. Et ideo hic non esse verum reli-
gionem docet Nauar. lib. 3. consil. in 2. edi-
tione, tit. de regular. consil. 21. n. 5. & consil.
89. nu. 6. & 7. & ferè expressè commenta-
rio. 4. de regular. nu. penultimo, nam agens

de hoc decreto, & proponens ea, quae deci-
dit, ait id non ligare in foro conscientiae, li-
cet non expressè meminerit ibi quinquenni-
um: & ideo non dico expressè eum diceret
verum exitimo expressam eius mentem fuisse.
Idem tenet expressè Henricus lib. 11.
de matrim. c. 6. in commento finali, & c. 8.
nu. 9. in commento, littera. S. & ferè expres-
sè tenet Emmanuel Sa. summa verb. religio-
num. 71. vbi ait credentem se non esse
professum, posse etiam dimisso habitu, in
foro conscientiae fugere, non obstante Tri-
dentino.

Sed dices, cur expectandum sit quinque-
nium ad huius professionis ratificationem
praesumendam? Videtur enim id expectan-
dum non esse. Quoniam. c. ad id, de spon-
saliis praesumitur per cohabitationem anni
& dimidij purgatus metus, quo matrimo-
nium est contractum, & illius ratificatio.
Et tamen communis ferè omnium senten-
tia habet id tempus expectandum non esse,
sed quoddam arbitrio prudentis sufficiens,
vt censetur habita opportunitas fugien-
di, atq; reclamandi, vt probauit lib. 4. disp.
18. nu. 6. Sed dicendum est, ante quinquen-
nium id non praesumi. Quia. d. c. ad id, non
praesigitur tempus anni, & dimidij ad eam
praesumptionem, sed tantum narratur factum,
vt ponderaui. d. disput. 18. n. 6. Quare
iure optimo Doctores id tempus arbi-
trio prudentis definiendum committunt,
eo quod lege praescriptum non sit. At in
nostro casu expressè definiuit Tridentinum
quinquennium: ergo illo standi est. Quod
optimè in simili docuit Abbas. c. 2. nu. 4.
sine, de regular. Cum enim is textus praes-
umat ratificari professionem metu factam,
per annum taciturnitatem gestata profes-
sorum habitu, refert Abbas quosdam senti-
re, oportere citius reclamare opportunitate
habita, ne censetur professio ratificata
& eos reprobat dicens, si id esset verum, fru-
stra in eo textu praescribi annum. Cum ergo
in nostro textu praescribitur quinquen-
nium, id necessario expectandum erit, vt cō-
fessur per non reclamacionem ratificata profes-
sio. Sed adhuc instabis, cum, c. vidua, de
regular. professio tacita inducatur per de-
lacionem habitus professorum, & actuum,
qui ipsi proprij sunt, exercitium, nulla tē-
poris mora expectata: Cur expectandum sit
quinquennium, iuxta hoc Tridentini de-
cretum, & non potius dicemus censetur factam
tacitam professionem, statim ac ille
professus deserit habitum, & exercet actus

professorum? Dic cum ibi nulla praecesserit
expressa professio, facilius praesumi tacita
ex facto ipso. At cum hic praecesserit ex-
pressa, non praesumitur facile noua volun-
tas ratificandi, vt ex tunc incipiat valere:
(quod necessarium esse dicemus, nu. 59.)
sed perseverantia in priori professione ir-
rita. Atque ita Nauar. lib. 3. consil. tit. de regu-
lar. in 1. editione, consil. 35. nu. 6. & 7. in
2. consil. 18. nu. 6. & 7. ait eum, qui nullam
professionem fecerat, ceteri tacite per eos
actus profiteri: secus de eo, qui expressè
professus fuerat. Et eadem. 2. editione, eo-
dem tit. consil. 89. num. 4. ait gestacione habi-
tus communis nouitij, & professis per
annum, non inducere professionem tacita-
m, nisi gestatio illa fiat ante professionem
expressam. Quia ratio ob qua ex ea gesta-
cione praesumitur tacita professio, est quia
non potest sumi alia praesumptio, nisi volun-
tas profitemi finito nouitatus anno: at ea
voluntas non praesumitur in gestante post
expressam professionem. Quia potius sumi-
tur praesumptio, vt gestet tanquam profes-
sus, & non tanquam professurus. Sed adhuc
urgebis, quia ex copula spontanea, statim
praesumitur ratificatio matrimonij: metu
initi: vt probauit lib. 4. disp. 18. nu. 4. Cuius-
tamen ibi praecesserit expressum matrimo-
nium. Sed dic eam praesumptionem ex co-
pula induci: quod cum nulla alia ratione à
culpa lethali eximi valeat, nisi confirmato
matrimonio per illam: vt videtur praesump-
tio peccati mortalis, praesumitur matrimo-
nium confirmatum. Quare id non statim
praesumitur ex cohabitatione spontanea:
eo quod potest esse sine culpa. Cum igitur
eo quinquennio possint actus professorum
licite exerceri eo priorem professionem ex-
pressam quamuis irritam, aut saltem id pos-
sit ignorari, aut ex aliquibus causis valeat
excusari, non censetur statim ratificata pro-
fessio ex illis. Constabit etiam ex dicendis
nu. 29. ad. 2. consil. primi arg.

Hinc deducitur licere huic professo, tra-
sacto quocunq; tempore, dum priorē pro-
fessionem non ratificauit, cessante scanda-
lo, omnia reclamacione, nec deducis causis
coram ordinario, & superiore, fugam ar-
ripere, nec teneri redire ad monasterium,
nec esse opstatam. Sicut id potest efficere
si & professus, vt probauit multis relatis,
lib. 2. disput. 39. num. 11. & lib. 4. disp. 15.
nu. 5. Quia in vtroque casu cum vera pro-
fessio non sit in foro conscientiae, nullo
vinculo astrictus est religioni. Et ita do-

cent Nauar. commentario. 4. de regulari-
num. penultimo, & lib. 3. consil. tit. de regu-
lar. in 2. editione, consil. 89. nu. 6. & 7. addis
(& bene,) posse tunc conscientiam vxorem
ducere. Henricus, & Emmanuel Sa. rela-
ti, nu. 9. in fine.

Secundo insertur, in dubio an animus
fuerit ratificandi professionem, teneri pro-
fessionem transacto quinquennio stare illa pro-
fessione. Quia in dubio recurrendum est
ad coniecturas, quibus illud dilucidari va-
leat. Atque, obsecro, fortiores coniecturae
consensus reperiri poterunt, ijs quas Tri-
dentinum Spiritu sancto ductum induxit
ad praesumendum consensum. Praeterea,
quia cum non constet de contraria volun-
tate, praesumptione iuris, eiusq; dispositio-
ne, statim est in vtroq; foro, vt lib. 5. disp.
3. nu. 15. aliquibus relatis probaui, de ad-
dicente conditionem impossibilem, & du-
bitante an loco, an potius serio adiecerit,
& lib. 11. disp. 18. nu. 6. probaui, accedentem
ad sponsam de futuro ante Tridentinum,
dubiūq; an affectu coniugali, an solo forni-
cario accesserit, teneri in foro conscientiae
stare praesumptione iuris praesumentis ani-
mum coniugalem, & matrimonium. Tan-
dem, quod in hoc dubio stet possessio pro
religione: pro qua existit praesumptio iuris,
ac habet ius retinendi religiosum. Qua
ratione lib. 2. disput. 41. numer. 32. probaui
dubitantem de valore professio-
nis teneri ad illam, eo vel maxime quod
in dubio pro religione iudicandum sit, vt
bene tradit Nauar. lib. 3. consil. tit. de regu-
lar. in 2. editione, consil. 13. num. 10. per
sunt perfonæ. ff. de relig. & sumptib. su-
ner. ibi. *Summa est ratio, quae pro religione
facit.*

Sed an praetatus regularis possit veritate
sibi constante non ratificatae profes-
sionis, occulte hunc professum transacto iam
quinquennio dimittere? Pars enim negans
vera apparet. Quod superioris sit partes re-
ligionis agere, quae ius habet in eum religio-
sum. Praeterea, quia Tridentinum in eo de-
creto expressè iubet superiori, ne profes-
sum hunc audiat: ibi, *Non audiatur.* Praecep-
tum enim id non dirigitur ad ipsum pro-
fessum, debet enim dicere, non alleget
causas: allegare enim partis litigantis est,
audire autem iudicis. At exitimio pos-
se, quantum in foro externo procederet,
sive ex officio, sive ad partis querelam,
contra hunc professum resiliere volentem.
Ducor, quod superiori constet ius reli-

gionis in eum non esse verum, sed in falsa presumptione fundatū. Ergo secretū ejectionis illum absq; scādalo, nulli irrogatur in iuriam. Sicut iudicem consciū innocentiae eius, qui secundū allegata, & probata est reus, posse illi occultē copiam fugiendi facere, docent benē, A lenis. 3. p. q. 34. mēbro. 1. ar. 4. ad 1. Sorus lib. 5. de iust. quæst. 4. art. 2. concl. 1. Corduba in suo questionario, lib. 1. quæst. 37. vers. ex hac opinione. Et confirmatur, quia mota lite adversus coniugem ex præsumpto matrimonio reputatū, quis dubitet licere conscio veritatis iudici, clam & secluso scādalo dimittere coniugem præsumptū ut fugiat. Nec obstat decretum Tridentini, solum enim præcipit superiori, ne audiat in foro externo: Sicut etiam iudex ille tenetur in foro externo, iuxta allegata, & probata sententiam ferre. Consulto autem dixi, si constet veritas prætoris: aliam enim iniurius esset religioni, spolians eam in dubio possessione sua.

14 Nec fides habenda est professio dicenti se fidei professum esse. Quia non est maior ratio, cur potius tunc credendum sit, quā antea dum se promittere simulavit. Ita Caietan. 2. 2. quæst. 88. artic. 1. paulo ante finem. Sorus lib. 7. de iust. quæst. 1. artic. 2. column. 7. versic. arguitur autem. Nauar. summa cap. 12. numer. 27. Turrianus lib. 2. de votis monasticis, fol. 32. pagin. 1. Palacios. 4. d. 1. 38. disput. 1. column. 31. conclusion. 3. Angles Floribus. 2. par. vbi de voto quæst. vnicā, art. 1. diffic. 4. Valentia. 2. 2. disput. 6. quæst. 6. puncto. 1. column. 6. §. ad probationem autem primam. Aragō. 2. 2. quæst. 88. artic. 1. column. 16. fol. 963. §. hoc posito sit prima conclusio. Quod est verum, licet ille professus id iuret, vt benē docent Caietan. Nauar. Angles ibidem. Atque similiter in nostro casu dicendum est: non enim est credendum illi professio dicenti se non ratificasse eō quinquennio professionem. Stat enim cōtra ipsum præsumptio iuris. Et id quidem pro foro externo in vtroque casu est verissimū: & regulariter loquendo idem est sentiendum, ne liceat superiori hunc in foro conscientie dimittere. At si reuera attentis circumstantiis, prudentissimus quisque morali certitudine consiceret illum veritate asserere, dicendo se fidei professum, aut non ratificasse professionem, posset utiq; superior illi credere, ac dicto remedio vti, eijciendo illum clam, & cessante omnino

scādalo. Quia in ijs rebus metaphisica certitudo est impossibilis.

15 At in foro externo, nullatenus licet superiori reclamacionem in foro externo illius professi transacto quinquennio audire. Id enim interdicit Tridentinum superiori, vt nu. 13. probati. Nec id poterit ex officio. Quia iudex officium suum participare actione nō impeditur, ob priuatiā eius vtilitatem, sed solum quando publica vertitur vtilitas, vt constat ex. 1. vnicā. C. vt quæ defunt. ibi. Non dubitandum est iudicem, si quid à litigatoribus, vel ab ijs qui negotijs assunt, minus fuerit dictum, id supplere, & proferre quod fuerit legibus, & iuri publico conuenire. Et dicimus lib. 11. disp. 9. numer. 30. At non spectat ad bonum publicum, audire hunc professum: imò spectat ad publicam vtilitatem religionis, cuiusq; pacem aditum his reclamacionibus præcludere.

16 Secunda conclusio. Hæc præsumptio quæ Tridentinum præsumit transacto eō quinquennio ratificari professionem irritam, est iuris, & de iure. Constat, quia Tridentinum fundatum in hac presumptione, statuit denegandam esse audientiam professore reclamanti, ac cogendum stare professione. At tunc est præsumptio iuris, & de iure, vt num. 8. probauimus. Deinde, quia apertè excludit omnem probationem in contrarium: dum audientiam aduersus illam præsumptionem denegat. Quomodo enim allegare poterit, nisi audiat?

17 Ad argumenta num. 6. proposita respondetur. Ad primum dic' id procedere, vbi præscriptio non fundatur in præsumptione, & vbi non est sola actionis præscriptio: nam vbi hæc sola est, non tribuit ius in foro conscientie constante veritate, vt contingit in matrimonio præsumpto ex copula, & contingit etiam in stipendio famulus debito. Quod iuxta. l. 9. tit. 15. lib. 4. nouæ recopil. regie præscribitur triennio, ita vt eo transacto non superfit famulus actio ad petendum. At quia est præscriptio solius actionis, nunquam in foro conscientie amittit ius famulus, vt multis citatis docet Gutierrez. l. nemo potest, numer. 487. ff. de legat. 1. Ad confirmationem dicti facti prospice bono religionis, & occuri liti-bus, clauso aditu ad reclamandum. Ad secundum, & confirm. constat ex dictis nu. 7. & 8. 9. & præcedenti.

S V M M A R I V M.

18 **A**n quinquennium præscriptum in Tridentino ad reclamandum contra professionem, procedat à die scientiæ. Proponitur id probantia, nu. 18.

Proponitur sententia Auctoris. Et tempus statutum non in odium, & penam alicuius, currit etiam ignorantis, & impedito impedimento iuris non currit præscriptio, secus vbi est facti, nu. 19.

Respondetur ad argumenta contraria, numer. 19. 20.

Post, nu. 20. inuenies alia summaria.

18 **Q**uestio secunda. An quinquennium destinatum in Tridentino sel. 25. de regular. cap. 19. ad reclamandum contra professionem irritam, incipiat ab ipsa professionis die, atque adeo sit continuum: an potius à die scientiæ nullitatis professionis, & ita sit vitiosus. Et videtur à die scientiæ. Quia impedito agere non currit præscriptio. l. 1. in fine. C. de annali exceptione, ibi. Quis enim incursare eos poterit, si hoc non fecerint, quod & si maluerint, minimè adimplere lege obuiare valebant. At nullum est maius impedimentum quàm ignorantia. Ignorans enim experiendi potestatem non habet. l. annus ff. de calum. Et confirmatur, quippe aliàs ignorans priuaretur iure suo sine culpa, & sine causa. Cū negligentia, aut culpa ignorantis imputari nequeat. l. argentum. ff. de modat. Secundo, quia quadrienniū ad petendam in integrum restitutionem nō currit ignorantis, sed est vitiosum ab initio, licet petita non fuerit restitutio centum annis durante ignorantia, vt multis citatis probant Couar. regul. possessor. 3. p. §. n. 3. Matieg. lib. 5. recap. tit. n. 1. §. glo. 12. n. 9. Zauallus in suis q. practis. q. 48. n. 4. Ergo quantuis actio reclamandi contra professionem præscribatur quinquennio, id tempus non curret aduersus ignorantem.

19 At teneandum est id tempus esse continuum, atque adeo à die ipsa professionis iurere, non obstanti ignorantia, aut alio impedimento facti. Ducor, quia & si tempus præfixum in negligentium odium non currat ignorantis, vel impedito: tamen secus est, quando non in odium negligentis, sed in alterius fauorem præscribitur, vt optimè docent gloss. c. statutum, verb. numerandum, de præbendis, in. 6. & ibi Archid. num. 2. vers. vacauerint. Ioannes, Monachus num.

2. Dominicus num. 9. super verb. numerandum. Francus, nu. 3. notabili. 2. Abbas cap. quia diuersitatem nu. 3. de concess. præben. & repetitione capitulum est, de testamen. in fine. Rosela in sua summa verbo beneficium. l. initio. Syluester verbo beneficium 2. q. 6. nu. 7. Tirraquellus de retradu lignagier. §. 3. gloss. 4. num. 26. Barbarius cap. 3. num. 3. de testamen. & ibi Couar. num. 4. Gutierrez lib. 2. pra. quæst. 91. num. 4. & lib. 3. quæst. 22. fin. At quinquennium hoc non videtur statutum in odium negligentiae professi, sed propter commune tranquillitatis religionis bonum. Atque ita nec verbum habetur in Tridentino, vbi mentio fiat negligentiae professi. Sicut cap. quia diuersitatem, de concess. præben. decidit taxatum tempus suspensionis non esse computandum in semestri ibi præscripto, reddit rationem: quod ea constitutio contra solos negligentes edita fuerit, & cap. 1. de in integrum restit. in. 6. volens textum punire negligentiam non petentis restitutionem quadriennio, ea explicuit, ibi. Et negligentem omiserit. Quare Abb. c. 1. n. fin. de præscript. dicens id reus non currere ignorantis, poterat prædicta verba. Secundo, quia præscriptionis nō est potissima ratio, punire negligentiam eius contra quæ præscribitur. Quia & vsu capio, & præscriptio aduersus ignorantem, atque in re propria procuranda diligentissimè, procedunt, ac vires obtinent. l. fin. C. de longi tempor. præscript. regia. l. 18. tit. 19. p. 3. sed vt lites de republica extermi nentur, vt hæc omnia docet Couar. regula possessor. 3. p. §. 2. n. 3. & melius Balbus de præscript. 4. par. q. 28. num. 1. & sequentibus, vbi probat præscriptionem ipso iure procedere contra ignorantem, siue ignorantia iuris, siue facti, siue in rebus corporali-bus, siue in actionibus personalibus: eamque reddidit ignorantem, quod ignorantia minimè impedit præscriptionis cursum, sed iustam concedendæ restitutionis causam prebeat. Et confirmatur, quia licet præscriptio, & tempus non currant contra habentem impedimentum iuris denegantis ius ad agendum: vt est textus expressus. l. 1. in fine. capit. de annali except. at secus est, vbi solius facti impedimentum adest, tunc enim hæc currunt, eum beneficium tamen restitutionis, vt tradunt Bartol. l. fenatus consulto, numer. 2. ff. de officio præsid. & l. 1. §. si quis autem, numer. 1. ff. de itin. act. que priu. & l. in rebus. nu. 3. C. de iure dotium, & l. final. §. donec numer. 2.

vnico. Sfortias Oddus eadem tract. 2. p. q. 6. ar. 4. nu. 23. Caldas. l. si curatorem, verb. hunc contra factum, nu. 28. C. de in integ. restit. Flaminius de resignat. benef. lib. 3. q. 7. num. 17. Non ergo poterit minor, nedum maior, petere restitutionem contra lapsum quinquentium, quo presumitur valida esse da prior professio irrita. Et confirmatur, quia minor quoad professionem religionis, & cetera spiritualia censetur maior cap. si annum, de iudic. in 6. & ideo ob hanc rationem tradunt non restitui, glossa cap. illud verb. videtur, in fin. 20. quaest. 1. & cap. ex parte verb. quanuis, de restit. spol. & lat. praetor, verb. quid aliud. ff. de minor. Bart. repetit. auth. ingressi nu. 18. C. de sacros. Eccles. Et confirmatur amplius, quia ideo in causa matrimoniali non restituitur minor contra probationes omnes post processum publicacionem, quod ageretur de matrimonio irritando, contra quod, sicut nec contra professionem committit illi restitui, vt cum Lapo allegatione. 53. docet Terretus consil. 139. per totum. Sexto, quia facilis tollitur remedium iure speciali competens, quale est restitutionis in integrum, quam inducitur de iure communi: vt est via ordinaria audiri, vt constat ex l. eius militis. §. 1. ff. de milit. testam. & docet Tiraquel. de retractu lignagies. §. 35. gloss. 4. num. 42. & late Ludouicus Gomez regula de non tollendo iure quaesito, quaest. 6. §. istis tamen non obstantibus. Et ratio est, quia quae iure specialiter inducuntur, sunt magis odiosa, quam quae sunt de iure communi. l. ius singulare, & l. quod verò contra. ff. de legibus: & illa fragiliora sunt, haec autem altiores agunt radices. Vnde glossa. cap. super gratia verb. principalis, de officio deleg. ait facultatis tolli viam extraordinariam, quam ordinariam iuris communis. Tandem, quia in pari causa melior est conditio possidentis in materia restitutionis in integrum, inter duos minores. l. si minor. 35. ff. de minor. at religio iure minoris fungitur, cap. 1. de in integ. restit. & est in possessione. Ergo contra illam non datur in integrum restitutio. Et ita hanc partem nullo prorsus fundamento adducto, tenet Zuallos in suis quaest. practicas quaest. 500. in fine, vbi ait minorem non restitui aduersus huius quinquentium lapsum: & ita praxi recipi, & ita defendit Flaminius de resigna. benef. lib. 13. quaest. 5. num. 46. dicens sic declarasse Cardinales.

His tamen non obstantibus, verius est competere restitutionem in integrum aduersus quinquentium lapsum, ratione iustae ignorantiae, aut impedimenti ad reclamandum, & hoc non solum minori, ratione fragilitatis, sed etiam maiori, ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, de quo. l. 1. in fin. ff. ex quibus causis maiores. Probatur primo, quia licet contra praesumptionem iuris, & de iure nulla admittatur probatio in iudicio ordinario: at datur restitutio in integrum, & probatio in eo iudicio extraordinario, vt docet Alex. l. si inter stipulantes. §. 1. n. 3. ff. de verb. obli. & l. si in fanti. n. 7. C. de iure delib. Ruin. conf. 68. nu. 20. vol. 1. Socin. iunior conf. 10. 4. n. 18. vol. 3. Alciat. de presump. in precludis. 2. p. n. 18. Malcar. de probat. in principio, q. 10. nu. 67. Menoch. de praesum. lib. 1. q. 70. n. 1. & 2. idq; constat ex l. si mater, in principio. ff. de exceptione rei iudic. vbi aduersus sententiam, quae transiit in rem iudicatam, succurritur ex causa, vbi gloss. verb. sed ex causa, ait per restitutionem in integrum. Et id admittunt omnes, vt testatur Sfortias Oddus de restit. in integrum p. 2. q. 72. toto ar. 1. Imò toto ar. 4. probat aduersus tres sententias conformes conce- dit id restituius beneficii: quod alijs citatis dicemus lib. 10. disp. 9. n. 7. Cui tamen constat pro tali sententia esse praesumptionem iuris, & de iure, adeo vt non admittatur probatio in contrarium. l. sub specie. C. de sentent. & re iud. & ne quisquam existimet restitutionem hanc contra eam praesumptionem solis minoribus competere: eam quoque concedi ex clausula generali ob quam maiores restituuntur, affirmant Alexan. vtroque loco, Ruinus, Socinus, Alciatus, Menochius proximè allegati. Quam obrem licet contra praesumptionem iuris, & de iure non admittatur probatio, admittitur tamen quando quis probare intendit iustam causam ad effectum vt restituatur in integrum ex clausula generali, vt bene tradunt Ruinus eodem numer. 20. Alexand. l. inter stipulantes. §. 1. numer. 3. ff. de verb. obli. Ergo quanuis Tridentinum induerit praesumptionem iuris, & de iure ratificationis professionis per lapsum quinquentium, non obstat quin ex causa iustae ignorantiae, aut impedimenti, aut fragilitatis, concedatur restitutio maioribus, & minoribus. Secundò quia dicente. l. regia. 3. tit. 10. lib. 4. recop. contumaces non esse transacto anno audiendos circa poenas pecuniarias, defen-

dunt

dunt Olanus in concordia iuris, littera. A. nu. 12. & 147. ibi. Ioan. Garcia de nobilitate. gloss. 6. §. 1. nu. 24. Gutier. lib. 3. q. pract. q. 3. 4. nu. 7. Azuendo. l. 3. tit. 10. lib. 4. recopil. nu. 6. & sequentibus, minores eorum iures restituendos esse. Nec contrarij Doctores, vt praecedenti allegati, inuituntur verbis legis denegantis audientiam, sed quod dolus ille praesumptus, & delictum minoris in faciendo consistat, aduersus quem non restituitur. Non ergo obstat decretum Tridentini denegare audientiam post quinquentium lapsum, quominus restitutio concedatur. Tertio, quia Pontifici intruso denegatur audientia. c. 1. d. 23. ibi. *Nec aliqua super hoc ei audientia restituitur.* Et tamen glossa libi verb. audientia, opponens videri ex his verbis denegatam restitutionem: non in ea sententia reuocet, sed dicit omnem spoliatum restituendum, nisi in casibus iure exceptis, & Archid. ibi, ad finem, versic. in glossa, hic habes & Bellemera, num. 14. in eodem vers. & Prapof. num. 33. dicunt audiendum non esse, quia non est superior, coram quo petatur restitutio, focus in alio, qui superiorem haberet. Ergo verbum Tridentini, Non audiat, minimè tollit restitutionis beneficii. Et confirmatur, quia eorum, de in integ. restit. denegatur audientia Ecclesiae post terminum peremptorium, cum tamen expresse concedatur restitutio in integrum. ibi, *Per restitutionis beneficium id vobis duximus indulgendum.* Vbi gloss. verb. duximus, Anton. in fine, Abb. nu. 3. notabili vltimo, Cardin. nu. 1. oppositione. 8. Imola nu. 6. vers. in glossa finali, notat limitationem ad regulam. Cum quid vna via, de regul. iuris, in 6. vt intelligatur de iure communi, ita vt quod vna via illo iure prohibetur, non debeat alia via eodè iure concedi: secus de iure speciali per beneficium restitutionis. Quare quia Tridentinum eodem. c. 19. diuersimodè loquitur de petente audientiam post quinquentium, & de eo, qui intra quinquentium dimisso habitu reclamation. In priori enim casu, solum dicit, non audiat. In posteriori autem, vt urgentioribus verbis videtur, ibi. *Quod si ante habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegatum quancumq; causam admittatur.* Ergo huiusmodi non est in priori casu noluisse professum illum omni remedio destitui, sed solo ordinario, permisso tamè illi extraordinario restitutionis: in posteriori autè, vt si quod remedium denegari. Quia illi superest remedium sibi consulat, nimirum, habitu resumere: tunc

enim debet audiri (vt nu. 4. probauimus.) Quinto, quia generale sit aduersus praescriptionem decem, vel viginii annorum dari etiam maioribus restitutionem in integrum, ex causa iustae, ac probabilis ignorantiae, id extendit multi, quos referunt Tiraq. de retractu lignagies. §. 35. gloss. 4. nu. 37. & Zuallos in suis. q. pract. q. 48. nu. 1. & 2. quos sequitur Beccius conf. 12. nu. 63. & seq. vol. 1. Sfortias Oddus de restitutione in integrum. tit. p. q. 15. ar. 5. n. 43. & latius. 2. p. q. 90. ar. 6. per totum. Matienço lib. 5. recop. tit. 11. l. 8. gloss. 12. nu. 5. & seq. ad praescriptionem quadragenariam, non obstantibus verbis vgentisimis l. fin. c. de fundis patrim. lib. 11. vbi textus de habente eam praescriptionem, sic ait. *Nullam penitus actionem, vel molestiam, aut quolibet in quietudine formidare, & paulò inferius, ita vt in omnibus ad excludendam omnem quo libet modo ex publico mouendam quaestione, nulla ex quocumq; titulo, vel etiam sine titulo quadraginta annorum iuris possessionis excepta possit suscipere, & l. omnes. 4. c. de prescrip. triginta, vel quadrag. anno. ibi. Sit liber, & presentis saluberrime legis plenissima munitione securus. Ergo ad fortiori, cum in Tridentino sit simplex verbum, non audiat, non excludatur hoc restitutiois beneficium. Sextò, quia ex verbis quantumuis generalibus non excluditur remedium hoc extraordinarium restitutionis, vt constat ex textu. l. postquam tit. 4. de pactis, ibi. *Causam finem in iustaurari posse nulla ratio permittit.* Vbi gloss. verb. nulla, ait communi iure, secus speciali: vnde colligunt multi Doctores graues nunquam esse excludendum remedium restitutionis in integrum, denegata quacumq; actione, nec per verba vniuersalia negantia quodcumq; remedium, siue sint legis, siue statuti, nisi fiat specialis mentio restitutionis in integrum. Quod alijs citatis docent Molin. lib. 3. de primog. cap. 13. nu. 67. Perez. l. 1. tit. 8. lib. 3. ordinam. Sfortias Oddus in suo tractatu de restit. in integrum. t. par. quaest. 15. art. 6. nu. 44. & 45. Beccius conf. 12. num. 69. & sequentibus, volumin. 1. Pelaez de retractu. t. p. q. 1. nu. 25. & sequentibus. Matienço lib. 5. recop. tit. 11. l. 8. gloss. 12. nu. 6. & 7. Caldas. l. si curatorem, verb. implorare in integrum restitutionem. n. 45. c. de in integ. restit. Gutierrez lib. 2. praed. q. 88. nu. 3. & melius lib. 3. q. 3. 2. num. 15. & 34. nu. 9. Azuendo lib. 4. recop. tit. 17. l. 4. nu. 3. Imò Sfortias Oddus eo. ar. 6. d. n. 4. vlt. ad. 48. alijs relatis, & dicens esse eorum placitum*

R 4

ait

ait non tolli hoc remedium, licet prohibitiū sit appellari, reclamari, recurri, supplicari, vel alio modo contraveniri, & sic multis enumeratis iuris remedijs, illisq; specialiter prohibitis, additū quoq; sit generaliter omne aliud iuris remediū interdici. Et ratio est, qd beneficiū hoc restitutionis in integrum, speciale sit à iure communi cōcessum, & valde favorabile: ac proinde verbis generalibus legis non censetur exclusum: unde ait mentem statuentis esse per clausulam illam generalem tollere omnia remedia competentia iure communi: & verba illa addita, de omni alio remedio, intelligi de simili specificatis. Et nu. 50. vsq; ad 53. concludit cum alijs non ceteri ablatum hoc remedium, et si additum sit, neq; quopiam alio prætextu posse contraveniri: & quantum exclusum sit generaliter omne auxiliū: & inter remedia specialiter prohibita, interdiceretur aliquod iure speciali competens, addita clausula generali prohibenti omnia alia remedia. Quia non in ea sola ratione fundatur hoc, dispositionem generalem non extendi ad specialiter concessa: sed etiā in alia, quod restitutio in integrū ob maximum sui fauorem nō credatur interdici, nisi specialiter de ea mentio fiat. Et tandem nu. 54. dubitat quando omnia alia iuris remedia essent expressa, & solum hoc superesset, & addita esset clausula generalis. Quia propter frequentiam, & cognitionem huius remedij, quod omnibus statutibus innotescit, potest præsumi non specialiter enumeratū: quia noluerit Legislator illud tollere. Igitur per illa generalia Tridentini verba, Non audiatur, non videatur ablata restitutio. Et confirmatur, quia Beccius conf. 12. à nu. 70. vsq; ad 72. vol. 1. defendit per verba generalia, ne molestari, vel perturbari quis valeat, directè, vel indirectè, non ceteri negatū restitutionis beneficium: nec per statutum tollens exceptionem iuris, vel facti, beneficium appellationis, supplicationis, querelæ, nullitatis iuris, seu petendæ reductionis ad boni viri arbitrium, vel alicuius alterius modi, per quē pronunciatū possit infringi. Septimò, quia quāvis nec minor restituitur aduersus matrimonium, aut professionē: at verè id non prouenit eò quod minor non dicatur deceptus. Quare eam rationem nō approbat Mauritius de restit. in integrum. c. 246. n. vnico. Sed legitima ratio est, quam tradidit Baldus rubrica de iudicijs, in 1. lectura. n. 7. dicens id eò non dari restitutionem in spi-

ritualibus: quia ita adhaerent ossibus, & uelli nequeat: habent enim diuinam virtutem. Quam eadem sequuti sunt Mauritijs tractatu de restit. in integ. c. 245. n. vnico. Ene tardus in suis topicis, loco à matrim. spirituali. n. 2. Couar. lib. 3. varia. c. 5. nu. 8. vers. rursus. Sfortias Oddus de restit. in integ. 2. p. q. 60. art. 1. nu. 7. unde inferit Couar. non ob id excludi minorem, quin restitui in integrum debeat, quoties in matrimonio; & alijs spiritualibus læsus fuerit circa ea, quæ vel accidentia sunt, vel reparari per in integrum restitutionem possunt. Quod quidē manifestum est militare in matrimonio, & professione, de quorum valore dabitur. Et confirmatur, quia Alexander conf. 80. per totum, lib. 7. & Bartholomæus Bénédictanus in quodam consilio matrimoniali posito inter consilia Zabarelle, conclus. 6. circa principij. Mauritius de restit. in integ. c. 247. nu. vnico. Sfortias Oddus eodem tractatu. 2. p. q. 60. ar. 3. num. 20. & duplici sequenti, & ar. 7. num. 91. defendunt in spiritualibus restitui minorem, quando sumus in iudicialibus. Quia tunc non verè restituitur quoad spiritualia, vt matrimonium, & professionem verè contracta: nec intenditur veram eorum obligationem dissolui, & vt eam obligationem contractam nō esse. Quod egregie explicuit Abbas. c. ex part. nu. 12. de restit. spoliat. vbi relata sententiæ glossæ dicentis minorem in spiritualibus non restitui, dicit id esse verum, quado matrimonium à principio tenuit. Quia quos Deus coniunxit, homo non sepat. & nu. 16. ait fortius in spiritualibus subueniendū esse captis, & deceptis. Et amplius confirmatur, quia non modica læsio est, inuitrum quempiam cogi ad perfectissimum religionis statum, qui summam libertatem, & affectum ad illum desiderat: & quauis iste voluntariè professus sit, at hodie nō tenetur, & est liber, cogiturq; eò quod transactum sit quinquennium ad reclamandum concessum: & id coactionis damni potest reparari per beneficium restitutionis. Curigitur id denegandum est. Quare hanc sententiam nullum afferens fundamentum, tenet Nauar. comment. 4. de regular. n. 71. vers. tertio: & lib. 1. consil. in vtraq; edition. tit. de his, quæ vi. consil. 6. nu. 2. vbi ait habentis impedimentum ad reclamandum currere quinquennium illud, at ipsi concedi beneficium restitutionis. Idem lib. 3. consil. in 2. edition. tit. de regular. conf. 23. nu. 3. & eodem comm. 4. de regular. n. 76. vers. 2.

infer.

inferitur, licet in hoc posteriori loco nō id omnino resoluat, disiuiciū enim loquitur dicens, si metus, vel impotentia reclamandi plura quinquennio durauerit, posse professum eo transacto, vel ipso iure, vel restitutionis beneficio auferri. Et videtur clarè tenere A zor lib. 12. institutionū moralium. c. 4. q. vlt. ad finem, vbi ait durante metu, vel impotentia reclamandi plusquam quinquennio, posse professum auferri, & in integrum restitui. Et loquēs de infirmo concedit hanc restitutionem Humada. l. 4. tit. 7. p. 1. glof. 2. nu. 2. & refert Minchacam, qui tamen ad rem minimè facit.

23 Hoc autem restitutionis beneficium diuersimodè concedendum est maioribus, ac minoribus. Nam restitutio maioribus competens intelligitur, cum ante perfectam præscriptionem, is contra quem præscribitur, nullam habuit scientiam huius præscriptionis, & læsionis ex ea imminētis, ita vt non potuerit præscriptionem ipsam impedire. Nam existente huius præscriptionis, & læsionis scientia eo tempore, quo iure ordinario agere potuit, nō conceditur illis restitutio. Quia illis datur restitutio ex clausula generali, si qua iusti causa videtur: ac proinde desideratur iusta causa, & vt nulla negligentia, vel culpa imputari possit illis. Quod cessat, quando tempore ordinario cessauit ignorantia, & reclamandi impedimentum. Idq; constat ex l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter, & l. sequenti. ff. ex quibus causis maiores, & docent alijs citatis, Couar. regula possessor. 3. p. §. 3. n. 3. vers. primum illud. Matieço lib. 5. recopil. tit. 11. l. 8. glof. 12. nu. 8. Barbof. l. quia tale. l. 4. nu. 61. ff. solut. matrim. Quod bene intelligit Matieço eo. nu. 8. si ante perfectam præscriptionem cessauit ignorantia per aliquod tempus, intra quod agendi potestas commoda fuit: si enim modicum restabat tempus ad præscriptionis complementum, non ipsis imputabitur non reclamasse. Quantitatem autem huius temporis arbitrio prudentis moderanda esse dicit. Idem clarè significauit Couar. eo. n. 3. vers. primum illud, dicens non esse locum restitutione ex ea causa, si ignorantia cessarit eo tempore, quo commodè maior reclamare potuit. Minoribus autem conceditur restitutio contra professionem, & lapsum temporis, ex capite minoris ætatis, quauis ipsi scientibus, & negligentibus præscriptio finita sit. Quod hæc restitutio solam læsionem ob ætatis facilitatem contingentem

respiciat, nec aliam ignorantiam, aut impedimentum causam desideret, vt bene docent alijs relatis, Couar. eo. nu. 3. vers. 2. aduertendum: & Barbof. eo. n. 61. Quare existimo idem dicendum esse circa restitutionē transacti huius quinquennij ad reclamandū cōtra professionem. Quippe non video alicubi definitum negari restitutionem ratione minoris ætatis competentem contra hoc quinquennium: ea autem data concedi debet iuxta terminos iuris communis eā minoribus largientis, nimirum, & si ad fuerit scientia, & negligentia. Nec oberit, si dicas minorem cōscium nullitatis professionis, ac sublato impedimento non reclamantē, sed propria sponte se professorem actibus ingerentem, & eorum habitum gestantem, ceteri ratificare professionem in foro externo. At cōtra professionem validā, cum irrevocabilis fiat, nulla potest concedi restitutio, vt nu. 21. diximus, & præsumi ratificationem vel ex eo constat. Quod iure communi per eos actus præsumeretur professio tacita, c. vltima, de regular. Solaq; ignorantia, & impedimentum eā præsumptionem auferebant: ijs ergo cessantibus præsumptio illa stabit. Sed dic quando à principio fuit nulla professio expressè facta, nō præsumi ratificationem iure nouo Concilij Tridentini ses. 25. de regular. c. 19. donec quinquennium à die professionis labatur: (vt nu. 10. diximus,) eum intra illud ius reclamandi cōcedatur, ac proinde scientia intra illud non oberit minori, quin statim eo transacto reclamare possit, non iure ordinario, sed extraordinario beneficio restitutionis in integrum. At maioribus & si non obstat scientia illa, vt præsumatur intra quinquennium ratificare: oberit tamen ne transacto quinquennio possint beneficium aliquo restitutionis inuari.

24 Hoc tamen intelligendum est, nisi siue maiores, siue minores intra illud quinquennium ratificauerint legitime professionē, cessante metu, vel alio impedimento, quod eam irritabat, consentiendo interius, & exerceendo actus professorij, animo ex tunc ratam habendi priorem professionem, quæ irritam fuisse norunt. Id enim absq; nouo nouitiatu, nouaq; superioris acceptatione sufficit ad eam ratificationem, vt tamquam probabilius amplectemur hæc eadē disput. nu. 47. 60. & 64. At cum probable satis sit (vt tibi dicemus) exigi nouam acceptationē superioris scientis professionem fuisse nullam: nec transactum sit quinquennium quo

Tri-

Tridentinum præsumens ratificatione profectiois, & volens professum non audiri deinceps, illam acceptat nomine religionis: potest hanc probabilem opinionem sequens reclamare.

25 Ignorantia autem vt eius causa concedatur restitutio maioribus, debet esse probabilis, & iusta, secus si sit crassa, vel supina, vt multis citatis tradit Matienço lib. 5. recopil. tit. 11. l. 8. gloss. 12. nu. 10. Vnde ignorantia iuris eis non proderit. Quia non excusat, nec reputatur probabilis regula, ignorantia. 13. de regulis iuris, in 6. quæ saltim in foro externo procedit, ad quod spectat audientia hæc professi reclamantis. Et ita Nauar. lib. 3. conf. tit. de regular. in 2. editione, conf. 20. nu. 2. ait ignorantiam iuris inducentis tacitam professionem, non excusare in foro externo. At quando professus est minor, rusticus, vel mulier est professa, vel miles, in quibus error iuris toleratur, & ad constituendum in bona fide est sufficiens, nec impedit præscriptionem (vt bene probat Molina lib. 1. de primog. c. 6. nu. 69.) habebit locum hæc restitutio, quæ ius ex iuris ignorantia procedat.

26 Hoc autem restitutionis beneficium cõpetit etiam centum annis transactis, durante eo tempore ignorantia, vel impedimento, vt de ignorantia docent multis citatis, Couar. regula possessor. 3. p. 5. 3. num. 3. in principio. Matienço lib. 5. recopil. tit. 11. l. 8. gloss. 12. nu. 9. Zauillos in suis. q. practicas. q. 48. nu. 4. & de impedimento videtur eadem ratio. Atq; ita de illo docent Nauar. commentario, 4. de regular. n. 71. vers. et rid. Azor lib. 12. institutionum moralium c. 4. q. vltim. Et iure communi conceditur quadriennium à die scientiæ, ad hæc restitutionem in integrum obtinendam. c. 1. de in integ. restit. in 6. l. fin. cap. de tempor. in integ. restit. l. 47. ad fin. tit. 13. p. 5. & cum alijs multis docent Couar. Matienço, Zauillos proximè citati. At in hoc euentu existimo id tempus non concedi. Quia existente scientia, & sublato impedimento, exercitio; a tribus professorum, & eorum habitu gestato præsumitur professio tacita, nec situm reclamando censetur ratificare: & hoc transactio iam quinquennio. Et cum hoc situm non sit iure definitum, definitum est attento iure cõmuni arbitrio prudentis, vt probant Nauar. commentario. 4. de regular. nu. 71. vers. ad quæ respondeo. Azor. d. q. vltim. proximè allegata, & in simili, nempe, quando matrimonium metu

contractum ratificandum est per diuinam cohabitationem, iuxta. c. ad id, de sponsal. dixi cum multis, lib. 4. disp. 18. nu. 6. Nec Tridentinum ses. 25. de regular. cap. 19. in hoc casu loquitur. Quia agimus de restitutione contra lapsum quinquennij ad reclamandum, ibi præscripti.

27 Verum probanda sunt ignorantia, & impedimentum, ob quæ petitur à maioribus restitutio contra illius quinquennij lapsum. Et quanuis ignorantia, & cætera, quæ in animo consistunt, probentur solo allegantis iuramento, id tamen est verum, quando aliqua iuris præsumptio contraria non extat, qua scientia præsumatur; tunc enim nõ sufficeret iuramentum, nisi alijs adminiculis, & coniecturis iuaretur, vt docent multi, quos retuli lib. 3. disp. 15. nu. 12. & vltra illos, Menochius de arbitrarijs, lib. 2. centuria. 2. casu. 186. nu. 7. & de recuperanda possess. remedio. 16. n. 36. Sfortias Oddus de restit. in integrum. p. 1. q. 38. art. 7. nu. 60. At huic alleganti ignorantiam aduertatur præsumptio iuris, & de iure, per illud quinquennium inducta, qua scientia præsumitur.

28 Sed dubitabis, an in foro conscientie maior, qui re vera sciuit professionem fuisse nullam, & labi quinquennium, intra quod solum conceditur reclamatio, an nullo modo ratam habuit professionem: possit reclamare, & deducere causam ad fori externum, petens restitutionem in integrum, ratione iustæ ignorantie, & possit; petito à se ignorantia iuramento, id iureiurando affirmare? Existimo esse valde probabile id posse. Quia reuera in foro conscientie non est professus, & potest fugere. Quod si denegetur audientia, est ob ratificationis præsumptionem. Et iuramentum illud, quo se ignorasse testatur, sic accipiendum est: quia ignorauit, id est, non habuit scientiam qua ratam haberet professionem, sicuti Tridentinum præsumit. Sicut in alijs similibus terminis id licere probauit lib. 1. disp. 10. n. 27. & 28. & disp. 1. à nu. 2. Sicut etiam innocens à iudice rogatus an traserit per locum, vbi homo occisus iacet, vt inde indicium sumatur homicidium illud à se perpetratum esse, potest iurare se non illac trahisse. Quia iudex procedit ex falsa præsumptione, & rogat de transitu tanquæ de homicidij indicio, quo pacto ille reuera nõ transiit, licet alijs transierit, vt bene docet Sotus lib. de regendo serceto, membro. 2. q. 7. vers. alterum dubium. Sic ergo in præfenti rogat iudex de scientia, vt inde præsumatur ratificandum est per diuinam cohabitationem, iuxta. c. ad id, de sponsal. dixi cum multis, lib. 4. disp. 18. nu. 6. Nec Tridentinum ses. 25. de regular. cap. 19. in hoc casu loquitur. Quia agimus de restitutione contra lapsum quinquennij ad reclamandum, ibi præscripti.

matur

matur ratifica professio. At ille non habuit scientiam ratificatam professionem. Sicut etiam qui ante Tridentinum post sponsalia accessit animo fornicario ad sponsam, potest à iudice de copula rogatus, eam iureiurando negare. Quia iudex rogat, vt ex ea matrimonium præsumatur, at ille non habuit copulam, qua efficeret, vt sponsalia in matrimonium transirent.

29 Ad argumenta n. 21. proposita respondetur. Ad primum constat ex dictis. n. 22. in prima ratione. Et deinde patet ad 1. confirmat vt ibi probauit, non possunt recipi testes in iudicio ordinario, secus in extraordinario restitutionis in integrum. Ad 2. confirm. dic cum Mascardo de probat. in princ. q. 10. n. 68. & 69. adeo vehementem esse præsumptionem iuris, & de iure, qua ad vitandum peccati mortalis præsumptionem, ne ille fornicari censetur, præsumitur copula facta animo vxorio, & ratificandi matrimonium: quæ alia ratione à culpa excusari nequit: vt ea præsumptio nullo pacto elidi possit; & quanuis præsumptio iuris, & de iure professionis tacite, quæ inducitur per exercitium a diu. solis professis cõpetentiæ, enervetur præcedenti protestatione contrariat præsumptio matrimonij per eam copulam non euacuabitur per eam protestationem, sed per copulam subsequens præsumitur ab ea recessum. Quod & nos probauimus lib. 2. disp. 45. n. 17. & multis sequentibus, & ideo nil mirum, si aduersus talem præsumptionem minor non restituitur. Adde, cum in ea præsumptione non sit aliquod tempus, per cuius lapsum ea præsumptio inducatur, si esset restituentus minor, restitueretur vtique directè contra ipsum matrimonium, aduersus quod non conceditur illi restitutio: vt diximus num. 2. 1. At in professione restituitur contra lapsum quinquennij, ex quo inducitur ea præsumptio. Ad aliam confirm. dic cum Menochio de re. possel. remedio. 3. n. 856. sensum illius textus esse, casu quo cõceditur restitutio, tantum concedi per illam, quantum per appellationem. Quia vtroque casu gesta in contrarium rescinduntur: non tamen sensum esse, quod denegatur appellatio, censeri denegatur restitutionis beneficium. Ad secundum constat ex dictis nu. 22. vbi probauimus, denegata audientia non negari restitutionem, nec Glossam residere in ea sententia. Et denegatur ingressus litis in via ordinaria, secus extraordinaria restitutionis. Ad confirm.

die dubium esse, quid fenserit ibi Baldus. Nam Sfortias Oddus de restit. in integrum. p. 1. q. 15. ar. 4. n. 41. in solutione ad 2. sentit contrarium, nimirum, ei bannito concedendam restitutionem, & dicit idem fenseri Baldum in eo loco, & male allegari pro contraria parte. Ad tertium constat ex dictis nu. 22. in secunda ratione. Ad quartum dic, id argumentum nil concludere. Probatur enim rem absurdissimam, nempe, aduersus nullam præscriptionem dari etiam minoribus restitutionem. Cum finis cuiuscunque præscriptionis sit litibus occurrere. Quare dicendum est, occurrisse litibus via ordinaria intendendis: at noluisse viam præcludere beneficio valde fauorabili restitutionis in integrum, ne professus ille omni remedio destitutus, in desperationem incideret. Et satis præcluditur via litibus. Quia remedium ordinariu possunt omnes intentare, & possent quocunque tempore aduersus illi aditu, per quinquennij præscriptionem non omnes possunt restitutione iuari, nec quocunque tempore transactio. Vt constat ex dictis nu. 23. & triplici sequenti. Et est necessarium probare ignorantiam, aut impedimentum in maioribus, vt restituantur. Vt dixi nu. 27. quæ non facile probantur. Ad regulam, quæ quid vna via, iam respondimus n. 22. in confirmatione ad tertiam rationem. Ad quintum constat ex dictis nu. 22. in septima ratione, & duplici eius confirmatione. Ad confirm. dic, eam non esse legitimam rationem. Quia minor in his rebus reputatur maior ad eum effectum, vt possit absque curatore agere, & possit validè absque illo matrimonium inire, ac profiteri: non tamen ad eum effectum, ne latus circa hæc, quando reuocari possunt, reclamare possit beneficium restitutionis petens. Vt bene docent Couar. 1. variar. c. 5. n. 8. Menochius de retinenda possess. remedio. 3. n. 856. & sequenti. Flaminius lib. 3. de resign. benef. q. 7. n. 2. Et late Sfortias Oddus de restit. in integrum. parte. 1. q. 15. toto art. 9. Ad aliam confirm. dic, eam doctrinam non esse veram. Vt probauit nu. 22. in septima ratione, & eius confirmatione. Ad sextum dic cõ Sfortia Oddo de in integrum restit. p. q. 15. ar. nu. 33. id desicere in hoc beneficio restitutionis, propter maximum eius fauorem: ob quem non intelligitur sublatum, nisi specialiter exprimitur. Ad vltimum dic cum Sfortia Oddo eodem tractatu. 1. p. q. 18. ar. 5. nu. 35. id non esse verum, quædo minor

restit.